Aeschylus

[Tragoediae]; ed. by
Scholefield: Appendix.

APPENDIX

AD EDITIONEM

ÆSCHYLI

CANTABRIGIENSEM NOVISSIMAM.

PR. 1s. 6d.

Aeschylus
[Tragoediae];

APPENDIX

AD EDITIONEM


ÆSCHYLI

CANTABRIGIENSEM NOVISSIMAM.

CONFECIT

JACOBUS SCHOLEFIELD, A.M.

GRÆC. LIT. PROF. REG.



CANTABRIGIÆ:


E PRELO PITTIANO,

TYPIS ACADEMICIS EXCUDENTE JOANNE SMITH.

VENEUNT APUD J. ET J. J. DEIGHTON, CANTABRIGIÆ;

J. G. ET F. RIVINGTON, LONDINI.

M.DCCC.XXXIII.



LECTORI.

Cum Æschylum relegenti non pauca manere viderentur loca, quæ interpretis adhuc egerent; nonnulla etiam quibus, cum ab aliis tum interpretibus tum correctoribus nequeam non discedere, aliquantulum lucis me offundere posse sperarem; non ingratum tironibus fore judicavi, si talem in manus traderem fasciculum, unde subsidii aliquod ad summum Poetam intelligendum facillime possent comparare. Libenter etiam occasionem arripui quædam corrigendi, in quibus olim me graviter errasse non invitus fateor: quæ vero, graviora fortasse, remanere adhuc passus sum errata, ea omnia Lector humanus de suo corrigat; sin minus, condonet.

SUPPLICES.

V. 19. τίν' *ἂν οὖν χώραν—

Vulgo τίνα γοῦν· "ἂν hic recte abesse posse probavit Herm. ad Soph. Aj. 904." WELL. Quidquid de hoc statuas, cum optimi libri exhibent τίνα οὖν, recipiendum duxi ἂν cum Dobræo in l. quem vide etiam de Hermanno Advers. II. p. 266.

38. Nominativum ante infinitivum requirit Attica constructio; nisi forsan σφετεριξάμενον arctius jungendum cum πέμψατε πόντονδ', v. 33. quasi ceteris parenthetice sumtis.

53, 54. τά τ' *ἀνόμεν',
*οἶμαι, ἄελπτά περ ὄντα φανεῖται.

Vulgo ἀνόμοια, οἶδ'. Aldus autem ἀνόμια. Porsoni correctionem, de qua nimis religiose dubitaveram, tandem mihi persuasit Dobræus ut reciperem. Hunc vide in loc. et ad Fr. Niobes 5.—In πιστὰ τεκμήρια confer Agam. 343.

99. Metri causa Pors. θάλλος, quod cum τὸ junctum minime placet. Forsan igitur rectius Both. τεθαλὼς, quod melius etiam congruit cum sequentibus καὶ—ἔχων. Occurrit νεάζειν intransitive Agam. 739.

110 (=121.) καρβᾶνα δ' αὐδὰν
Etymol. Mag. καρβᾶνες, βάρβαροι.

115—16. πελομένων καλῶς,
*ἐπίδρομος ὅθι θάνατος ἀπῇ.

Vulgo ἐπιδρομῶσ' contra sensum et metrum. Inter alias G. Burgesii conjecturas, facile silentio prætereundas, ἐπίδρομος non improbabilis videtur. Scholiastes autem,

ἐναγέα, ἐναγίσματα. Quod si verum, vertere possis: *Rite Diis fient sacrificia, rebus bene cedentibus, dum absit mors ex aggressione illata.*

138—39. διωγμοῖσιν omisso δ' Rob. deinde ἀδμῆτος pro ἀδμήτας Reg. L. unde non male Butler. παντὶ δὲ σθένει 'ν διωγμοῖς Ἀσμένως ἀδμῆτος—salvo metro et sensu. Sed lenius ἀσφαλῶς. Forma Homerica ἀδμής occurrit Odyss. ζ. 109. Soph. Œd. C. 1056. Antig. 353.

175. *αἰνῶ, φυλάξαι τἄμ'—*

Ita melius distinguitur quam post φυλάξαι, non obstante asyndeto. Melius etiam φυλάξαι ad ἔπη refertur quam ad τἀπὶ χέρσου. Conf. infra 989.

190. τὰ χρεῖ'. Qu. ταπεῖν'?

202—11. Horum versuum ordinem turbatum esse vix dubium. Assentior Wellauero v. 206. post v. 202. revocandum esse. Deinde forsan intercidit versus, quem statim excipit v. 203. μὴ νῦν σχόλαζε—Denique nullus dubito v. 210. Danao esse tribuendum, ut respondeat Chorus v. 211. Totus igitur locus ita decurret:

Ζεὺς δὲ γεννήτωρ ἴδοι.
ΔΑ. ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος.
ΧΟ. * * * * * * *
ΔΑ. μὴ νῦν σχόλαζε, μηχανῆς δ' ἔστω κράτος.
ΧΟ. θέλοιμ' ἂν ἤδη σοὶ πέλας θρόνους ἔχειν.
ΔΑ. ὦ Ζεῦ, κόπων οἴκτειρε μὴ 'πολωλότας.
ΧΟ. κείνου θέλοντος εὖ τελευτήσει τάδε.
ΔΑ. καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε.
ΧΟ. καλοῦμεν αὐγὰς ἡλίου σωτηρίους.
ΔΑ. ἁγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ θεόν.
ΧΟ. εἰδὼς ἂν αἶσαν τήνδε συγγνῴη βροτοῖς.

310—11. ΒΑ. * * * * * ου;
ΧΟ. Λιβύη, *μεγίστης *ὄνομα γῆς καρπουμένη.

Syllaba ου in sola Robortelliana invenitur. Deinde recepi, æquo forsan tardius, palmariam quam vocat Butlerus Porsoni emendationem. Vulgo μέγιστον τῆσδε γῆς κ. in quo qui fuisse potuerit sensus, frustra quæras. Ald. et Rob. cum MSS. τῆσδε omittunt: unde per compendia scribendo facile efficies quod supra exhibetur: μεγιστˢ (μεγίστης) ον (ὄνομα) γ. κ.

333. *Imo et si infeliciter res evadant, facile,* credo, *fit divortium.* Ironice. Nempe spes v. 332. propositæ certæ sunt, si feliciter cedant tales nuptiæ: aliter requiritur divortium, quod non jam facile efficitur. Male Stanl. de *morte.*

387. *Illud remedium nuptiarum eligo, quod astris metior,* nempe *fugiendo.*

406. ῥυσίων inepte explicat Scholiastes per ἱκετῶν. Vide infra 418. 604. 708. Adde Eurip. Ion. 537. ἅψομαι, κοὐ ῥυσιάζω, τἀμὰ δ' εὑρίσκω φίλα. ubi Musgravius interpretatur vocem ad ῥύσιον, *pignus,* referendo; unde debitor dicitur ῥυσιάζεσθαι, qui quasi *pignoris* loco abripitur; qui sensus transfertur ad omnia vi abacta. Confer Iliad. Λ. 673. ῥύσι' ἐλαυνόμενος. Hic igitur verteris, *Et neque contentio* vos quasi *prædam abripiat.*

425. ἀμπύκων. Sane in τύμπανον, ἀμπλάκημα, (supra ad v. 226.) πίμπλημι, πεισίμβροτος, ὄμβριμος, et similibus, μ ante labialem aut inseritur aut omittitur: quod tamen in ἄμπυξ fieri nequit, siquidem ἀμπ. est ἀμφί. Vide Blomf. Gloss. ad Agam. 397.

501. χειρὶ καὶ λόγοις σέθεν, ut *manu* monstras (*point*) *et verbis* jubes.

561. πάλλοντ', ὄψιν ἀήθη,
βοτὸν ἐσ.

Simplicior constructio, ἐσορῶντες ὄψιν ἀήθη, βοτὸν δ.

589. Forsan, ut Butl. ἀρχᾶς. *Neque sub alterius potestate sedens, imperium gerit minus quam* alii *potentiores;*

neque, altero superius sedente, ipse *ab inferiori parte veneratur.* Mire jungit Schutz. κάτω ἡμένου.

611. *προφωνῶν, μή ποτ' εἰσόπιν χρόνου
πόλιν παχῦναι, ξ.

Denuncians Jovis iram, ne quando opprimeret—Quæ significatio vocis παχύνειν, quamvis rarior, aliquid defensionis habet ex Agam. 1452. τριπάχυιον. De προφωνῶν cf. Agam. 855.

628. ἐν ἄλλοις, *in aliis,* non in his: ut Eurip. Med. 846. μετ' ἄλλων. Confer etiam Agam. 1549.

726. "Sensu caret," inquit Well. Imo κατερρινημένους θάλπει ἐν μεσημβρίᾳ idem omnino valet quod θάλπει μεσημβρινῷ.

749. Certe nihil mutandum. Durior sane repetitio vocis νὺξ, minus tamen dura quam μολόντος—μολὼν Agam. 491–2. et quædam alia.

773. πρὸς ὃν νέφη δι' ὑδρηλὰ γίγνεται χιὼν

Ald. Rob. νέφη δ' ὑδρηλά, quod Porsonus Præf. Hecub. p. 57. ita interpretatur ut δὲ sit adversativa, *sed sedes ejusmodi*—aliter, ejecto δὲ, transponendum censet χιὼν—νέφη. Cujus cum interpretatio duriuscula sit, et transpositio minus probabilis, fortasse præstat revocare vulgatam, quam exhibent Turn. Vict. non obstante anapæsto in tertia sede, de quo in choricis non est forsan cur solliciti simus. Vide ad Choëph. 415.

837. *ἁγνὰς *ἔχω βαθυχαῖος

Editt. ἅγιος vel ἄγειος ἐγώ. Schutzii et Butleri correctiones dubitanter recepi, mutata tamen ἁγίας in ἁγνάς. Vide Pors. ad Med. 750. Intellige autem ἁγνὰς βαθρείας, *sacras sedes, aras.*

852. Rob. ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων, omissis ceteris οἰζύος ὄνομ' ἔχων. Jam potest ἀχέων esse v. l. sive glossa pro οἰζύος, unde qui desideratur Iamb. trim. efficere possis

legendo, ἴυζε καὶ βόα πικρότερον οἰζύος. Confer quæ scripsit de adverbiis comparativis post Porsonum Dobræus, Advss. T. II. pp. 49. 208.—Butl. vult οἰζύος τοι νόμον ἔχων, omnia monostrophice capiens.

862. βρότεος Eumen. 164. altera forma βρότειος Agam. 1298. De με enclitico sententiam inchoante confer Soph. El. 648. et vide Dobr. ad Ran. 507. et exempla quæ congessit Advss. T. II. p. 261.—Cum h. l. confer supra 766. πατρὸς σκοπαὶ δέ μ' εἶλον.

894. εἶναι non pro ὤν, ut Pauw. sed, *nescis te gerere ut*— Vide Dobr. ad Vesp. 186.

972. Non intelligo, ut Stanl. et Butl. τὸ εἰπεῖν μύσαγμα, εὐπετές—sed e versu præcedenti τὸ εἰπεῖν ἐν μετοίκῳ εὐπετὲς μύσαγμά πως ἐστίν. De ἐν vide Dobr. Advss. I. p. 40.

979. *κἄωρα κωλύουσ' ἂν ὣς μένειν *θέρος.

Vulgo, κἄλωρα κωλύουσαν ὡς μένειν ἐρῶ. Corrupte. Stanleii correctionem κἄωρα fere certam reddit præcedens στάζοντα. In fine versus θέρος dubitanter proponit Schutz. qui etiam in Agam. 1633. similiter emendavit θέρος pro ὁ ἔρως. Ceteræ emendationes, de meo invectæ, sunt lenissimæ. *Quippe quæ prohibere solet etiam immaturas quo minus ita* (h. e. non decerptæ) *exspectent æstatem.* Mallem tamen, nisi audacius videretur, κωλύουσα προσμένειν.

1014. στυγερὸν ἆθλον, *præmium non optandum;* non præmium, sed infortunium. His sane locutionibus, ubi substantiva epitheta adsciscunt sibi plane contraria, inest ipsius rei, quam substantivum exprimit, negatio. Herc. Fur. 637. φίλον ἄχθος, *gratum onus,* non onus sed deliciæ, (ubi miror Hermannum.) Hecub. 1050. τυφλὸν φέγγος, *privationem lucis, cæcitatem.* Med. 989. ὀλέθριον βιοτὰν, *privationem vitæ, mortem.* Neque aliter expediendus locus qui misere vexavit interpretes, Soph.

Trach. 553—4. ᾗ δ' ἔχω, φίλαι, λυτήριον λύπημα, τῇδ' ὑμῖν φράσω. *Dicam vobis quomodo* (τῇδε ᾗ) *rationem compertam habeam mæroris mei dissolvendi.*

PERSÆ.

V. 124. ἔσσεται. "Attici non dicunt ἔσεται, sed ἔσται." Verissime; unde aliquatenus firmatur recepta lectio ἔσσεται. Cum enim optimi libri exhibent ἔσεται contra metrum et linguam, hoc nihil aliud esse potuit quam Homerica forma ἔσσεται.

142. ἄγετε libri neque pauci neque mali. Sed ἄγε cum omnibus numeris jungitur. Eumen. 297. ἄγε—ἅψωμεν. Similiter ἴθι in Soph. Phil. 1081. ex egregia Hermanni emendatione. Ita etiam Div. Jacob. v. 1. ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι.

152. Constructio certe est, ut vidit Schutz. ἥδε ὁρμᾶται φάος ἴσον ὀφθαλμοῖς θεῶν. Confer usum vocis ὀφθαλμοῖς in v. 170.

205. βωμὸν προσέστην. Vide ad Agam. 807. et confer præterea Suppl. 185. πάγον προσίζειν, Demosth. Androt. 617, 15. οὐδένα κίνδυνον ἐξέστη.

213. Ordo verborum paullo rarior pro solito παῖς ἐμὸς (εὖ ἴστε) ἂν γ. vel, εὖ ἴστε (ὅτι) π. Confer Suppl. 427. ἴσθι—τάδε—μένει. Eurip. Heracl. 598—9. ἴσθι τιμιωτάτη—ἔσει.

273. Quod ad metrum attinet, versus est Pherecrateus; ut parum referat utrum vocis δίαν syllaba finalis producatur an corripiatur.

567. In syntaxi ὡς abundat, confusis scilicet duabus constructionibus, ἀκούομεν ἄνακτα ἐκφυγεῖν, et ἄναξ ἐξέφυγεν,

ὡς ἀκούομεν. *Ipsum autem regem audimus vix effugisse per campestres et frigidas Thraciæ vias.*

575. οὐράνι' ἄχη nihil aliud significare puto quam INGENTES *calamitates.* Et ita Hesychius, respiciens Soph. Antig. 418. οὐράνιον ἄχος, τὸν κονιορτὸν, δηλοῖ δὲ καὶ τὸ μέγα καὶ ὑψηλόν. Eandem, nisi fallor, vim habet vox in locis a Blomfieldio citatis et in quibusdam aliis; ad quam illustrandam plurimum faciunt duo e SS. Scripturis loca, 2 Chron. XXVIII. 9. Jerem. LI. 9.

787. †εἰ στράτευμα πλεῖον ᾖ τὸ Μηδικόν.

De subjunctivo ita post εἰ posito vide ad Eumen. 225. Olim legeram πλεῖον ἦν. sed quamvis imperfectum ita cum optativo conjunctum non raro invenitur, ut in Eurip. Electr. 1072. εἰ—ἦν, εἰ δ'—εἴη, Aristoph. Vesp. 282. ὡς—ἦν, καὶ—κατείποι, hoc non video quomodo fieri possit præeunte verbo futuro, ut ἂν πράσσοιμεν. Hujus autem quamvis sensus sit futurus, recte sequitur στρατεύοισθε optativus. Vide Dobr. Advss. II. p. 265.

825. Sed *forsan* melius Schutz. e Scholiastæ interpretatione legit κεχρημένον, *sapientiæ inopem.* Vide Elmsl. ad Heracl. 801. Addend.

899. Obiter moneo, *productam ante* ζ in Blomfieldii nota (v. 912.) merum esse errorem pro *correptam* vel *non productam;* quem mirum non animadvertisse Wellauerum, qui ideo Blomfieldium maxime miratur.

990. Verte, *Percellimur* ejusmodi *calamitatibus quales* perpetuo *per temporum seriem* mortalibus eveniunt.

PROMETHEUS.

V. 5. λεωργόν. Interpretantur *facinorosum,* vel *populificum.* Ad verum vocis sensum viam egregie monstravit

Hermannus ad Antig. 1261. ubi confert cum λεωπάτητον, et utrumque verbum, ut et alia similiter inchoata, a λέως formatum ostendit, qua voce pro λείως utebantur Iones. Hinc "λεωργὸς dictus est, qui alio consimili nomine ῥᾳδιουργὸς vocatur." Vide eum l. c. et, quem ibi allegat, Photium in λεωκόρητος. λεουργὸς, ὁ μεγαλουργός.

209. Possis ordinare ἤρξαντο χόλου, οἱ μὲν—ceteris parenthetice sumtis. Sed altera constructio, quamvis anomala, satis habet defensionis ex Eurip. Phœn. 1476. et locis similibus: ἦν ἔρις στρατηλάταις, Οἱ μὲν π.

221. Vulgo ὑπερέξοντας contra sensum et metrum: multi codices ὑπερέχοντας, quod retinet Well. qui in metro ita ordinato non videt quid insit offensionis; alii ὑπερεϲχόντας, unde Porsonus ὑπερϲχόντας, quod recepit Blomf. unice verum putat Butl. et, si quid id sit, ego quoque hodie recipiendum censeo.

241. Omnino dele punctum post πᾶν, cum ordo verborum est, ἔχρῃζεν ἀϊστώσας γένος τὸ πᾶν φιτῦσαι ἄλλο.

351. εἰ—καί. Confer Paul. ad Galat. III. 4. τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ; εἴ γε καὶ εἰκῇ. Quod redditur, *if it be* YET.

480. πέπονθας *αἰκὲς πῆμ᾽· ἀποσφαλεὶς φρενῶν
πλανᾷ· κ.

Varie legitur et interpungitur hic locus. Alii πλάνᾳ vel –νῃ. Blomf. levissime distinguit post πῆμ᾽, Well. plenius post φρενῶν. Sed parum placet πλανᾷ absolute positum. Distincto ut supra verte, *Mente captus erras.*

567. ὅτ᾽ junctim scribendum, ut Blomf. sed interpretandum ὅτε, *quod*, ab ὅστε.

984. Vulgata ἂν ἱστορῇς si retineatur, non sensui repugnat, ut Well. censet, sed sensum præbet paullo diversum, fortasse non pejorem, ὧν ἂν ἱστορῇς, *quæcunque rogaveris;* ut referatur non ad id modo quod jam rogaverat Mercurius, sed ad ea omnia, quæcunque sint, quæ postea rogaturus sit.

1034. *Plus valet nihilo;* h. e. nihil minus valet quam talis superbia. Confer Demosth. F. Leg. 405, fin. οὐδενὸς μεῖζον φθεγγομένου.

SEPTEM CONTRA THEBAS.

V. 49. Forsan hujusmodi aliquid innuitur 1 Samuel. XVII. 18. ubi ante omnes consulendus interpretum Princeps, Polius.

213. Restat in hoc loco difficultas, quam neminem moratam esse miror. Quænam enim syntaxis est τῆς εὐπραξίας σωτῆρος? Quod supplet Scholiastes, τῆς ante σωτῆρος certe desideratur. De generis enallage nemo dubitabit; sed propter constructionem subest corruptelæ suspicio. Vix enim audiendus Scholiastes, μητὴρ τῆς εὐπραξίας, γυνὴ Διὸς σωτῆρος.

239. Sed consulendus Dobræus in loco, qui punctum tollit post σῖγα, ut constructio sit οὐ μὴ ἐρεῖς;

572. καὶ τὸν σὸν *αὖτ' ἀδελφὸν, *εἰς *πατρὸς μόρον

Vulgo καὶ τὸν σὸν αὖθις πρόσμορον ἀδελφεόν. Aldus πρὸς μόρον. Pro ἀδελφεὸν Blomf. post alios ὁμόσπορον. Servavit autem Robort. ἀδελφόν. Ex tantis tenebris vide modo quam feliciter lucem eruat Dobræus. πρὸς est π͞ρος, h. e. πατρός. αὖθις ex αὖτ' εἰς corruptum. Deinde ἀδελφὸν, suo loco omissum, margini adscriptum, inde in finem versus migravit, ubi ob metrum alteram formam induere cogebatur, ἀδελφεὸν, eam quidem tragicis ignotam nisi in melicis. Verte, *Alta voce inclamans nomen ejus de patris morte: in allusion to the death*—

682. *Ubi vero et calamitas et dedecus junguntur, nullam jam gloriam dicere poteris,* quæ calamitatem sublevet.

Nempe si quis sine dedecore moriatur, honesta fama vel mortuis est lucro; qua quidem sublata, nihil aliud restat quod solatium afferat.

692. Præter alia argumenta, quibus confirmatur lectio Turnebiana, id me non minime movet, quod consulto repeti videtur τελεῖν e v. 690. Qua tandem recepta constructio erit, ἀρὰ προσιζάνει ὄμμασιν (ἐμοῖς ὥστε) τελεῖν (ἀνδροκτασίαν.) Impellens *ut perficiam*—vel etiam *ut perficiat.*

700. Quid si aliter accipienda hæc verba quam apud interpretes? *Et honor Diis habitus a nobis* quasi jam *defunctis admirationem moveret;* h. e. non est exspectandus. Quæ cum ita sint, *cur adhuc fato pernicioso blandiri juvat?* Scil. ita adulari ut qui lenire, et leniendo avertere, studemus.

806. Vulgata δ' οὖν displicet Blomfieldio, qui corrigit γ' οὖν. Sed similiter legitur Agam. 217. ἔτλα δ' οὖν. Ordo est, φράσον δὲ οὖν βαρέα ὅμως. *Quamvis gravia.*

822. πόλεως ἀσινεῖ σωτῆρι·

Hujus versus neque metrum neque sensus satisfacit. Similia quidem, neque tamen omni ex parte similia, metra habet Gaisf. Hephæst. p. 288. Ob sensum autem, cum codd. non pauci exhibent σωτηρίᾳ, olim suspicatus eram σωτῆρι τύχῃ, cujus illa vox glossa fuisse potuit. Sin autem sana est lectio vulgata, quam nunc revocavi, idpropter solummodo vocari potest Eteocles ἀσινὴς σωτὴρ, quod cum urbs in tuto collocata sit, ipse occiderat salva fama et, quod v. 1004. exprimitur, ἱερῶν πατρῴων ὅσιος ὢν, μομφῆς ἄτερ. Huic tamen interpretationi obstat quod legitur in v. proxime sequenti, τοὺς μογεροὺς καὶ δυσδαίμονας. Horum igitur neuter ἀσινής. Post longas has ambages huc tandem redeo, ut credam cum Burtono apud Butlerum, (neque aliter, ut videtur, Scholiastes,) σωτῆρα ἀσινῆ esse posse Jovem, v. 818. me-

moratum. Sola movet difficultatem præpositio ἐπὶ in ἐπολολύξω.

1041. Si lectio sana, certe ponenda nota interrogationis in fine v. cum Well. et interpretandum, Si civitas oderit, *nonne Dii eum per* omnem vitam *honore affecerunt?* Quem vero honorant Dii, nonne ego quoque honorabo?—Oppositio est inter πόλις στυγεῖ et διατετίμηται θεοῖς. Hæc si vera interpretatio, interciderit aliquid necesse est post h. v.

AGAMEMNON.

V. 2. Exemplum vel accusativi absoluti, vel potius σχήματος πρὸς τὸ σημαινόμενον, cui simillimum occurrit infra v. 228. Ut enim ibi adhibetur φθόγγον, quasi præcessisset φυλάσσειν pro φυλακὰν κατασχεῖν, ita hic μῆκος, quasi præcessisset ἀφελεῖν vel συντέμνειν τούσδε πόνους. Confer etiam omnino 1064—5.

16. ὅταν δὲ optime reddit Butler. *cum, inquam*—Simile exemplum vocis δὲ post parenthesin, multo longiorem illam quidem, repetitæ vide infra v. 177—198. Similiter Thucyd. IV. 73—4. longo intervallo apodosin excipit οὕτω δή, et variatur locutio, ut qui prius οἱ Μεγαρῆς appellati sint, postea οἱ τῶν φευγόντων φίλοι Μεγαρῆς. Aliquando etiam apodosis fit per γάρ, ut Paul. ad Galat. II. ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, variata constructione quæ ab initio processerat ἀπὸ τῶν δοκούντων· aliquando per οὖν, ut idem I. ad Corinth. VIII. 4. Vide Eumen. 655—60. et ibi. Sed in omnibus his et hujusmodi exemplis vis repetitionis accuratissime exprimitur per *inquam.*

99. Sanissima vulgata, τε redundante quasi præcessisset λέξον. Ita fere locum jampridem expedivit Hermannus ad Nub. 180. sed, ut verum fatear, parum mihi probavit regulam exemplis vix satis confirmatam. De qua tamen nemo amplius dubitandum putabit post ea quæ scripsit Dobræus noster ad Nub. 624. Av. 1456. Eodem prorsus modo expediendus locus Choëph. 849. forsan etiam ejusdem fabulæ 548. sed ibi vide.

247. τόδ' ἄγχιστον ἕρκος, *hoc intimum præsidium;* nos qui huic terræ proxime cognati, soli regno custodiendo præficimur.

278. Interpunctionem corrige hoc modo:

ἰσχὺς πορευτοῦ λαμπάδος, πρὸς ἡδονὴν
πεύκη τὸ χρ.

Verte, *Superans vis lampadis,* nempe *tæda transmittens aureum jubar ita ut lætitiam adferret Mecisti speculatoribus.* Confert Blomf. Eurip. Iph. A. 1042. πρὸς ἡδονὴν φίλοις Σοί τ' ἂν γένοιτο.

297—9. "Displicet importunum καί." Imo si per πρῶνα κάτοπτον πορθμοῦ Σαρωνικοῦ designatur, ut verisimile est, Sunium, nihil vetat quo minus vim suam exserat καὶ, ita reddendum: Ita ut *vel* Sunium *superaret, promontorium quod sinum despicit Saronicum.* Nempe lux tam abunde sinum verrebat, ut usque ad Sunium, terminum a Megaride maxime remotum, pertingeret. Melius forsan delebitur punctum post πώγωνα.

303. Si cum Pors. aliisque τοιοίδε τοί μοι legeris, conf. inf. 947. μέλοι δέ τοι σοὶ, et intellige, *Tales quidem* sunt nunciorum *faces gerentium leges,* quæ *mihi* afferuntur.

342. εὐφρόνως, *prudenter,* ut inf. 822. Pers. 768.

345. *Lætus laborum exitus* (sc. Agamemnonis et Græcorum) talis *efficitur, ut honorem mereatur* Diis solvendum. Confer inf. 564.

369. ἔστω optative adhibetur, quod displicet Blomfieldio: sed conf. Suppl. 649. et, ne ulterius quærendum sit, plurima exempla in isto carmine.

399. Repone τόδ' ἐννέποντες. τάδ' enim per merum errorem in textum irrepsit. Tum cum δόμων προφῆται, quod ab aliis male sollicitatum video, conf. Choëph. 30. δόμων ὀνειρόμαντις.

402—3. In not. l. 9. corrige *minori* pro *majori*.

420. Dobræi correctio δόμῳ 'ν recipienda videtur. Neque enim constat quæ constructio esse possit vocis δόμων.

444. τίνει χρέος, *debitum solvit* Agamemnon, inquit Butler. Contra Blomf. interpretatur, *idem fere valet ac*—quem sensum an voces habere possint, dubito; ita enim τίνει valeret, opinor, *exigit*. Vide an propius ad Butleri mentem sit, τίνει (τις) χρ. *a man pays*.

477. *Testatur pulvis*, quem currendo excitat, magna eum festinatione usum esse, ut qui magna nunciaturus mittitur; "ideoque *nec mutus erit, nec per ignem* res gestas *significabit*, sed viva voce." Posterior pars interpretationis est Blomfieldii; quam tamen cum Wellauerus "dolose omiserit," (verbis utor ipsius summi Viri, q. v. ad v. 97. hujus fabulæ,) alteri quam citat parti nigrum suum Theta subjecit, "Pæne ridicule." Unde non mirarer si de ipsius etiam interpretatione simile aliquando judicium feratur, eadem brevitate, iisdem fere verbis, "Magis ridicule."

530. Locus obscurus. Obscuritatem tollere vult Well. interpretando στρατῷ, *populo*, collato Soph. El. 749. ubi tamen usurpatur non de *civibus*, sed de certaminum spectatoribus, quibus nonnihil est cum exercitu affine. Sed etsi concederem aliquando de populo usurpari, (confer Eumen. 536. 732.) non facile crederem posse ita intelligi hoc loco. De duobus enim hic agitur, *exercitu* et *civibus*, se invicem desiderantibus: vox autem στρατὸς

vv. 521. 528. proprio sensu de *exercitu* adhibetur; jam fieri potest, ut hæc ipsa vox v. 530. *cives* designet? Non credo. Quare proprio sensu hic etiam servato, versus, opinor, hoc fere modo intelligendus est: *Unde tibi supervenit hæc adeo ingrata erga exercitum malevolentia?* Scilicet ut recordata ejus ingemisceres. Et hoc quasi per jocum.

566. νικώμενος οὐκ ἀναίνομαι, *non invitus vincor;* quasi plena constructio esset, νικώμενος οὐκ ἀναίνομαι νικᾶσθαι. Sic in locis apud Blomf. Gloss. Sic etiam in Suppl. 58. ἀκούων δοξάσει (ἀκούειν.)

595. Miratur Schutz. pravas aliorum interpretationes, ipsius Schutzii Butlerus, qui monet verbis χαλκοῦ βαφὰς inesse proverbialem locutionem, consentiente Blomfieldio, refragante Wellauero. Negat hic hujus proverbii alibi mentionem fieri, quare cum Schutzio vertit *vulnera ferro inflicta,* quæ sanguine saucium tingunt. Sed apud Soph. Aj. 651. simile proverbium occurrit, βαφῇ σίδηρος ὥς· neque ex Schutzii interpretatione aptum extricare sensum facile poteris.

596. Nemo interpretum offendit in τοιόσδ' ὁ κόμπος, neque erat, opinor, offendendum. Dobræus vero ad Soph. Aj. 776. τοιοῖσδε τοῖς λόγοισιν interrogat, *An Græcum pro* τοῖς τοιοῖσδε? Imo τοιόσδε eandem de articulo legem, quam ὅδε, sequi videtur; ut uterque locus sanus sit. Cum tamen in Thucyd. III. 43. aliter præponitur articulus, ἐν τῷ τοιῷδε ἀξιοῦντι, fortasse vox analogiam sequitur nunc τοῦ ὅδε, nunc τοῦ τοιοῦτος.

653. καμόντος, *laborantis,* ut Stanleius, vel *afflicti.* Blomf. autem *mortui.* Hodie etiam ulterius pergendum puto, et delendam distinctionem post πάθος, ut sit πάθος στρατοῦ.

697. σίνιν, δόμοις ἀγάλακτον οὕ-
τως, ἀν.

Domibus tam intime consanguineum. οὕτως ut apud Latinos *ita.* ἀγάλακτος exponit Hesych. ὁμόθηλος, ἀγάλακτες vero σύγγονοι, ἥλικες, ὁμογάλακτοι. Per leonem autem intelligitur non Helena, quæ v. 716. primum inducitur, sed Paris, cujus facinora adumbrantur v. 706, seqq. Tum τοκέων refer non ad Priamum, sed patrem allegoricum: indicavit se revera esse leonem, quamvis ita inter homines educatum.

707. τὸ πρὸς τοκέων. Confer Suppl. 225. τὸ πρὸς γυναικῶν.

717. λέγοιμ' ἂν male a quibusdam sollicitatur. Confer omnino v. 869. ubi eædem voces longam metaphorarum seriem similiter inchoant.

740. *ὁππόταν

ὁππόταν Pauw. pro ὅταν ob metrum.

773. Vix mihi satisfacit οὐ γάρ σ' ἐπικεύσω, multo minus οὐ γὰρ ἐπικρύψω, melius, quod olim conjecit, statim repudiavit Blomf. οὐ τἆρ' ἐπικεύσω.

822. Supra ad 342.

863. Interpretationi, quam in nota propositam etiamnum amplector, illud obstare videtur, quod articulus τὰς cum ἀμφί σοι junctus disjungeret ἀμφί σοι a κλαίουσα, et arctius ad λαμπτηρουχίας premeret. Sed simillime τὸν a substantivo suo disjungitur Choëph. 498. τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνον.

907. *Certe, si quis alius, probe sciens hunc rerum exitum hæc dixi.* Quidquid olim statuerim, dum incertæ res erant, nunc certo scio prosperum eventum, et sciens ita me gerere statuo.

919. Elegans Dobræi conjectura ξυστοῖς δὲ pro ξὺν τοῖσδε adeo certa videtur, ut recipiendam omnino putem. De ν et σ confusis non opus est monere.

994. Propendeo in Blomfieldii correctionem, μοῖρα, μοῖρά μ' ἐκ θεῶν.

1003. Videtur esse constructio κοινωνὸν εἶναι δόμοις, *participem esse cum domo.*

1051. παρὸν φρενί.

Ita Rob. e codice uno, probante Kidd. ad Dawes. p. 289. qui confert Eurip. Or. 1179. Plerique codd. παρὲν vel παρ' ἐν, unde Schutz. περ ἐν, sequentibus Blomf. Well.

1181. Nexus versus, qui paullo obscurior videri possit, hic est: Imo jam imbuta ita ut *civibus omnia prædixerim.*

1249. κοπείσης, sc. ἐμοῦ, si sana lectio; sed Abreschii correctio κοπείσῃ admodum speciosa. Confer ἐμοὶ μίμνει v. 1118.

1296. ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ.

Olim recepi Pearsoni emendationem ἐχθροὺς τοὺς ἐμούς. Sed etiam mutatione tam violenta non multum proficitur; certe enim durum sonat τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις φονεῦσι. Quare hodie vulgatam revoco; non quod omnino in ea acquiesco, sed quia *fieri potest* ut ita scripserit Æschylus, hac constructione, ἐπεύχομαι ἡλίῳ ἐχθροῖς φονεῦσι τοῖς ἐμοῖς τίνειν ὁμοῦ τοῖς ἐμοῖς τιμαόροις, ubi ἐχθροῖς τίνειν idem valeret quod ἐχθροὺς τίνειν. *For my hated murderers to pay.* (Vide an simile exemplum apud Æschin. F. Leg. 37, 1. δῶ τῷ γραμματεῖ ἐπιψηφίσασθαι τοῖς προέδροις. *For the Proedri.*) Hac de re vide notam ad Orest. 606. Quidquid autem de hoc statuas, melius certe quam τίνειν interpretari per *rependere* vel *exigere.* Intellige autem ὁμοῦ de Ægistho et Clytæmnestra *simul* occidendis.

1325. Possis legere ὣς cum Well. qui negat ὡς ita in fine senarii poni posse. Sed de simili licentia Æschylo concessa vide ad Eumen. 229.

1356. *Solvuntur illi membra,* ut bene Stanleius. Accuratius, *solvit sua membra.* Confer Homericum, λῦσε δὲ γυῖα.

1422. Per εὐνῆς παροψώνημα intelligit Well. παροψώνημα ὃ παρέχει εὐνῇ, *mors ejus* seu *sepulcrum*. Mavult Blomf. χλιδῇ, quæ lectio magis perspicuam redderet sententiam proculdubio. Constructio esse videtur, παροψώνημα χλιδῆς εὐνῆς τῆς ἐμῆς. *Opsonium clandestinum voluptatis lecti mei:* vel ut Schutz. *lecto meo cumulum voluptatis addidit.*

1501. δούλιον pro δολίαν Dobr. probante Blomf. improbante Well. Si verum δολίαν, quod parum dubito, respondet Clytæmnestra quasi ἀνελεύθερον valeret ἐλευθέρου ἀνάξιον. Cum duo objiceret Chorus, mortem Agamemnonis esse ἀνελεύθερον, et δολίῳ μόρῳ occidisse, innuit Clytæmnestra ipsum libero indigna prius fecisse; non juste igitur queri potuisse, se libero indigna perpessum esse. Vide v. 1418. Confer etiam Choëph. 470. τρόποισιν οὐ τυραννικοῖς θανών.

1522. χάριν ἄχαριν de eadem re Choëph. 38. Tum nihil opus correctione Pauwiana μεγάλως ἀδίκων. Quæ enim memorantur ἔργα μέγαλα, non sunt Clytæmnestræ, sed Agamemnonis; et ἀδίκως cum ἐπικρᾶναι arcte jungendum, hoc modo: *Tune audebis deplorare eum, et hanc ingratam gratiam pro magnis ejus facinoribus, injustissime quidem, præstare?* Quam sane gratiam si agnosceres, præstare debuisses vivum eum colendo, non autem occidendo et deinde occisum sepeliendo. Præterea melius delebitur punctum post αὐτῆς, 1521.

1595. "Clytæmnestræ hæc tribuenda putat Blomf." notat Well. addens, "ineptissime." Tum, ut sibi constet, fingit v. 1603. Chorum Ægisthum alloqui, quem acerbe γύναι salutat. Et hoc "perspicuum est." Non tamen ita perspicuum, ut ego vel monitus credam. Et quod affirmat Clytæmnestram non esse in scena, id ipsum refellitur, ut opinor, e v. 1632, etc. Quod si respondeatur eam scena relicta postea redire, id vero gratis dictum. Porro v. 1603. quamvis non assentior Stanleio

corrigenti τοῦδ' ἥκοντος, nequeo tamen cum Wellauero interpretari τοὺς ἥκοντας οἰκουρὸς *domi exspectans eos qui ex pugna rediissent.* Vide meam notam. νέον autem cum ἥκοντας jungendum. *Nuper reduces.*

1622. Quare σὺν γυνῇ, si γυνὴ sola interfecerit? Quia ἔῤῥαψε φόνον Ægisthus (v. 1582.) quamvis ipsi cædi non adfuit. Certe igitur nihil mutandum.

CHOEPHORÆ.

V. 28. Pendet ξυμφοραῖς ab ἐπὶ subaudito, quod idem fit v. 47. θανάτοισι.

36. Tolle punctum post περιθύμως, ut dativus κτανοῦσι pendeat a μέμφεσθαι non minus quam ab ἐγκοτεῖν. De constructione τοῦ μέμφεσθαι vide Dobr. Advss. I. p. 48.

42. Recepto λύτρον, nexus esse videtur: *Metuo hoc verbum,* sc. ἔπος ἀπότροπον κακῶν, preces quæ malum avertant, *proferre;* quippe sanguine semel effuso, nulla superest redemptio.

53. ῥοπὴ δ' ἐπισκοπεῖ δίκαν,
ταχεῖα τοῖς μὲν ἐν φάει,

Ita propter meliorum librorum auctoritatem legendum puto, sensu æque bono, ne dicam meliore. Et ita Well. qui apte confert Eumen. 215. Tum v. 55. per τὰ δὲ, *alia,* intellige *aliorum crimina.*

61. Post νόσου omnino retinendum βρύειν, ceteris quæ vulgo inferciuntur, τοὺς δ' ἄκραντος ἔχει νὺξ, omissis. Sane repetitio vocis βρύειν in causa fuisse videtur quare repeterentur cetera. Quinetiam necessarium βρύειν ad sensum, ut constructio sit βρύειν νόσου. Certe enim νόσου non pendet ab αἴτιον.

143. Omnes editt. distinguunt post νόμος. Male, cum constructio sit ἐπανθίζειν παιᾶνα κωκυτοῖς ἐξαυδωμένας, *inter eloquendum*. Sic Theb. 942. ἐπανθίσαντες πόνοισι δόμους.

164. Pro ἐμοῦ egregie corrigit Dobræus ἑνός. *Orestis*.

286. συλλύειν, *una deversari*, ut recte Pors. apud Dobr. Elmsl. ad Œd. T. 817.

394. αἷμα· βοᾷ γὰρ λοιγὸν Ἐρινὺς,
παρὰ τῶν *προτέρον φθιμένων ἄτην
ἑτέραν ἐπάγουσ᾽ ἂν ἐπ᾽ ἄτῃ.

Quam olim invitus receperam Hermanni conjecturam, λοιγὸς Ἐρινὺν, hodie non invitus abjicio, ex monitu Viri docti reponentis ἐπάγουσ᾽ ἂν pro vulgato ἐπάγουσαν.—Sed eidem Viro docto affirmanti me vocalem ante γμ correptam admittere, et alia quædam hujusmodi, fides non temere habenda.

406. πρὸς ἔπος, *ob verbum*, ut in πρὸς ταῦτα et similibus. Fingit Stanleius tmesin, προσκλύουσαν. Anglice, *at the word as I hear it*.

414. Cum πρὸς τῶν τεκομένων, 411. manifesto ad Clytæmnestram referendum est, non video quo modo θυμὸς possit esse Orestis, ut intelligit Pauw. et, opinor, Blomf. *Ea* (sc. ἄχεα) *non talia sunt quæ demulceri possint; instar enim lupi, implacabilis est matris animus*. Ita ultimas voces reddit Stanl. recte, ut mihi videtur; ἐκ quasi redundante. Soph. Antig. 95. τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν. ibid. 1056. τὸ δ᾽ ἐκ τυράννων. Plenius et accuratius, *a parte matris*.

483. Exempla verbi μεμνῆσθαι sequente accusativo occurrunt apud Demosth. Ol. I. 12, 12. Phil. II. 73, 12. F. Leg. 421, 6.

498. σώζοντες ἐκ βυθοῦ. Vide ad Agam. 863.

611. Blomf. νιν, sed μιν iterum occurrit 777. et idem recepit Pors. e Musgravii emendatione Phœn. 652. Vide Seidl. ad Iph. T. 1216.

613. Si sana esse possint ἀκαίρως δὲ, satius erit cum præcedentibus jungere, hoc modo: *Quoniam memoravi graves calamitates, quamvis parum convenienter*—quia scilicet neque Althæa neque Scylla in eo Clytæmnestræ similis fuit, quod nuptiarum fœdus violaverit. Deinde procedet constructio admissa emendatione v. 617. quam olim Præfationis calci subjeci, ἐπ' ἀνδρὶ δῄας ἐπεικότως ἔβαν. Quæ quidem est lenissima: habent enim libri δῄοις, non δῄοισιν, et facilius sarcitur metrum ε inserendo in ἐπικότως quam inferciendo ιν. Porro Ald. omittit ι subscriptum voci ἐπικότω. De α et οι confusis (δῄας), σ et ν (ἔβαν), cuivis notum. ἐπεικότως ἔβαν γαμήλευμα, *convenienter transeo ad nuptias*—Occurrit ἐπεικότα mox 656.

631. οὐ metro nocet, quod male sarcitur inserendo τῶν in antistropha, contra linguam. Neque minus, opinor, nocet sensui; quamvis olim obsecutus sum Blomf. Well. interpretantibus *non negligitur*. Sane λὰξ πατεῖσθαι *contemptum* exprimit, non *neglectum*, ut Eumen. 110. 513. Agam. 1328. Soph. Antig. 1275. quæ loca citavit Blomf. in Glossario. Hodie Pauwio et Hermanno assentior οὐ ejicientibus.

686. Confer Eurip. Helen. 1201. et ibi Dobræum.

714. γ' pro δ' Rob. quod recipiendum videtur. Invocatur Ἑρμῆς δόλιος Soph. Phil. 133.

736. seqq. Locum, qui hactenus pravis distinctionibus misere deformatus fuit tum in meis tum in aliorum editionibus, totum exscribere in lectoris gratiam non pigebit:

φίλον δ' Ὀρέστην, τῆς ἐμῆς ψυχῆς τριβὴν,
ὃν ἐξέθρεψα μητρόθεν δεδεγμένη,
καὶ νυκτίπλαγκτον ὀρθίων κελευσμάτων,

καὶ πολλὰ καὶ μοχθήρ' ἀνωφέλητ' ἐμοὶ
τλάσῃ· τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ, ὡσπερεὶ βοτὸν,
τρέφειν ἀνάγκη, πῶς γὰρ οὔ; τρόπῳ φρενός·
οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς ἔτ' ὢν ἐν σπαργάνοις,
ἢ λιμὸς, ἢ δίψη τις, ἢ λιψουρία
ἔχει· νέα δὲ νηδὺς αὐτάρκης τέκνων·
τούτων πρόμαντις οὖσα, πολλὰ δ', οἴομαι,
ψευσθεῖσα, παιδὸς σπαργάνων φαιδρύντρια·
γναφεὺς τροφεύς τε ταυτὸν εἰχέτην τέλος·
ἐγὼ διπλᾶς δὲ τάσδε χειρωναξίας
ἔχουσ', Ὀρέστην ἐξεδεξάμην πατρί·
τεθνηκότος δὲ νῦν τάλαινα πεύθομαι.

736. τριβὴν, *darling*; cui *immorabatur* anima mea.

747. Parenthetice. *Fullo* enim *et nutrix eodem munere fungebantur.*

750. Hic tandem absolvitur sententia, jam a v. 736. inchoata. In qua diversæ res ita inter se commiscentur, altera alteram excipientes, ut v. 749. nihil fere est nisi repetitio versus 737.

770. Perpensis variis rationibus quibus viri docti hoc carmen in antistrophica redegerunt, eo tandem ventum est, ut eum ordinem magna ex parte retinendum censeam, quem olim instituit Hermannus, quamvis postea repudiavit. In eo tamen strenue a Viro egregio dissentio, quod versus 804–22. una epodo contineri puto. De ceteris, versus 776–9. et 793–6. vestigia antistrophici ordinis satis certa habere videntur. Quare hac forma carmen exhibendum hodie judico: α΄. β΄. α΄. γ΄. β΄. γ΄. Epod. De singulis versibus vide infra.

772–3. δὸς τύχας τυχεῖν μου *κυρίοις,
τὰ *σώφρον' εὖ μαιομένοις ἰδεῖν.

Confer infra 957. unde mallem πεσεῖν legere pro τυχεῖν. Sed et audacius esset, et minus necessarium.

776. * * * ἒ, ἒ πρὸ δὲ δὴ ᾽χθρῶν στρ. β΄.
τῶν ἔσω μελάθρων, ὦ Ζεῦ, θές·
ἐπεί μιν μέγαν ἄρας δίδυμα καὶ
τριπλᾶ *παλίμποινα θέλων ἀμείψει.

In v. 776. desunt quæ respondeant antistrophicis τόδε καλῶς κτάμενον, de quibus vide suo loco. In 777. legit Burneius εἴσω, ut efficiat antispasticum monometrum et dochmiacum; quæ tamen mutatio non est necessaria. ἄρειας μέγαν supra 254.

793. τὸ δὲ καλῶς κτάμενον, ὦ μέγα ναίων ἀντ. β΄.

Voces τὸ δὲ καλῶς κτάμενον glossam redolent, præsertim cum nihil sibi respondens habent in stropha. Sed acute observavit Well. metrum hujus versus cum sequente prorsus consentire; unde patet ejiciendas non esse. Jam si sana lectio vers. seq. ἀνιδεῖν, quæ vox nihil aliud significare potest quam *suspicere, to look up,* (sed Rob. ἂν ἰδεῖν, unde Blomf. ἅμ᾽ ἰδ.) nominativus pendens necesse sit τὸ δὲ καλῶς κτάμενον. *Hac vero cæde perpetrata concedas ut bene suspiciat viri domus.* Well. τόδε, plene distinguens post κτάμενον. Sed præstat, opinor, cum sequentibus jungere; quod si fiat, fere requiritur copula.

796. Certe per δνοφερὰς καλύπτρας, ut vidit Schutz. idem intelligendum quod supra v. 46. expresserat, δνόφοι καλύπτουσι δόμους. (Cf. etiam Eumen. 357. δνοφερὰν ἀχλύν.) Et sensus loci est, *Eum* (Orestem) *ita videre amicis oculis tenebricosam caliginem ut liberum et illustrem virum decet.* Fere quasi processisset constructio, ὥστε εἶναι ἐλεύθερον καὶ λαμπρόν.

804. Sanum esse totum locum hodie credo, ita fere intelligendum: *Et tum quidem,* h. e. si hæc incepta bene processerint, vere CHOEPHORARUM munere, ad quod missæ sumus, fungemur, *opes,* h. e. inferias uberrimas, *ædium expiatorias effundendo; simul etiam* (ὁμοῦ) *femineam*

intensam lugentium cantilenam, cithara *pulsatam*, *edendo*. Similiter junguntur supra 21. χοᾶν—κτύπῳ, 145, seqq. χοᾶν—δάκρυ. Tum μεθήσομεν ad utrumque πλοῦτον et νόμον refertur. Νόμος autem γοητῶν in Agamemnonis honorem designatur.

849. De τε redundante post participium δαίων vide ad Agam. 99.

935. ἔθιγε Δίκα χερὸς (*Orestis*), ut Esai XLI. 13. ὁ κρατῶν τῆς δεξιᾶς σου. ubi interpretes, *Tanquam pugnæ socius: opem pollicens.*

1008. Si recte se habet ἒ, ἒ, v. 996. quod tamen in anapæstico systemate vix fieri potest, verisimile est ϵc nihil aliud esse quam ϵ, ϵ repetitum. Sed locus desperatus.

EUMENIDES.

V. 112. καὶ ταῦτα. His vocibus ita adhibitis, (Angl. *and this too*) sequente participio, nihil frequentius: sequente verbo, ut hic, rara locutio. Verte, *and moreover*.

118. ἐμοὶ Schutz. probante Dobr. Quod si recte se habet ἐμοῖς, intellige, *Sunt enim supplicum præsides iis qui non mihi sunt amici.* Orestes et qui aliis, non mihi, amici sunt habent qui preces audiant. προσίκτορες eodem sensu quo ἀφίκτωρ Suppl. 1. Altero sensu infra 419.

123. ξυνώμοσαν Agam. 633.

169. ἐξ ἐμοῦ, *post me*, qui in meum locum succedat.

229. Vide ad Agam. 1325.

231. ὅμοια, *tamen*, ut ὁμοίως infr. 338. Choëph. 312.

330. *Deorum autem est manus suas abstinere:* subaudito ἔργον ἐστὶ, ut recte Dobræus ad Eur. Androm. 511.

Et constat ἀθανάτων eandem hic constructionem habere quam θεῶν in antistropha; de quo vide mox.

340. σπευδόμεναι δ' ἀφελεῖν τινὰ τάσδε μερίμνας·
θεῶν δ'—

σπευδόμεναι participium pro verbo. *Studemus autem has curas* (sc. sontes puniendi) *cuivis* alii *adimere; et Deorum est preces meas* (mihi oblatas) *non perficere, neque in certamen* cum nobis *venire.* Nempe λιταῖς ἀτέλειαν ἐπικραίνειν valet λιτὰς ἀτελεῖς ποιεῖν, *infectas relinquere.*

343, 346. γάρ, γάρ. Duas causas assignare videntur quare hæc cura, sibi propria, aliis adempta sit: 1. Nullum nobis cum Diis commercium. 2. Sola nostra vis satis efficax est. In qua posteriore sententia perstat v. 351, seqq.

363. Vide infra ad 802.

384. Omnino languet τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς nullo epitheto adjuncto, in quo contineatur causa quare posset timere. Neque propriam vim habere videtur adverbium νῦν. Adeo non verum est, quod dicit Well. nullam aliam esse mutandi causam quam καὶ—δέ. Certe qui primus mutavit Canter. non propter καὶ—δὲ mutavit. Vix dubito ejus emendationem καινὴν, Porsono, Hermanno, aliis probatam, esse recipiendam. Sic infra 681. 984. ubi eædem voces occurrunt, diversa adsciscunt epitheta qualia occasiones decent.

459. πέμπειν δὲ δυσπήμαντ', ἀμήχαν', ὡς ἐμοί.

Ita versum refingendum censeo. *Dimittere autem calamitosum* est, imo et *difficile, ut mihi* videtur. ὡς ἐμοὶ, sc. δοκεῖ, ut Soph. Antig. 1161.

476. οὔτε γὰρ βροτοσκόπων μαινάδων
τῶνδ' ἐφέρψει κότος τις ἐργμάτων·
πάντ' ἐφήσω μόρον·

πεύσεται δ' ἄλλος ἄλλοθεν, προφω-
νῶν τὰ τῶν πέλας κακά,
λῆξιν ὑπόδοσίν τε μόχθων·
*ἄκεά τ' οὐ βέβαια, τλά-
μων δὲ μάταν παρηγορεῖ.

Vulgo post μόρον 478. plena ponitur distinctio, post μόχθων 481. nulla; unde fit ut nullam apodosin habeat οὔτε. Distinguendo ut supra, et 478–81. quasi parenthetice sumendo, sensus evadit totius antistrophæ: *Neque enim Furiæ talia facinora ulciscentur; et* alia *remedia minus certa sunt, miser autem frustra se solatur.* In v. 477. κότος duplicem genitivum adsciscit, ita ut κότος μαινάδων sit *vindicta quam Furiæ exercent*; κότος ἐργμάτων, *vindicta propter facinora.*

497. Aldina lectio ἀναστρέφων non improbabilis est, eo sensu unde v. 23. δαιμόνων ἀναστροφή.

529. Non valde arridet locutio μέσᾳ δυσπαλεῖ τε, quam sane optimi libri non exhibent. Eo *ducit* quidem Aldina δυσπαλεῖται, sed Rob. habet δυσπαλεῖ δέ. Hoc si verum, δυσπαλεῖ pro verbo accipiendum videtur. *Et in medio vortice misere luctatur.*

573. Nempe in vivos tantummodo potestatem exercebant Furiæ; mortui vero ἕτερον ἐν κάρᾳ μιάστορα in illarum locum succedentem habebant, ut v. 169. Orestem igitur persequi potuerunt, Clytæmnestram non item. Cui bene subjicitur, *Quidni autem vivam persequebaris?*

577. Si recte interpungitur, πῶς γὰρ valet πῶς γὰρ ἄλλως ἔθρεψεν—*how else?* Distinguit autem Schæf. ad Aj. 279. πῶς γάρ;

655. Anacoluthon viderunt, sed vix satis perspexerunt, interpretes. Sententia hic inchoata, et variis rebus interjectis abrupta, tum demum de novo repetitur v. 660. cum δὲ, ut fieri solet: ita ut accusativo πάγον quasi

absolute posito, vera constructio a v. 660. procedat, ἐν δὲ τῷ, *in hoc, inquam*— Pro his scribere debuit poëta, ἐν δὲ πάγῳ Ἀρείῳ etc. σέβας ἀστῶν φόβος τε—Vide ad Agam. 16.—Pessime Heath. vertit ἐν δὲ τῷ, *in hoc vero instituto.*

679. καὶ διαγνῶναι δίκην,
αἰδουμένοις τὸν ὅρκον. εἴρηται λόγος.

Sive αἰδουμένοις legas, sive cum Stanl. αἰδουμένους, certe pertinere videtur ad præcedentia, non ad sequentia. Præterea longe usitatius est tragicis voces εἴρηται λόγος ita nude adhibere. Si igitur ita legendum est et distinguendum, vide an constructione usus sit Æschylus paullo rariori, χρὴ (ὑμῖν) ὀρθοῦσθαι, κ. τ. λ. αἰδουμένοις—de qua vide Erfurdt. ad Antig. 732. Elmsl. ad Med. 1334. not. f.

759. μεγάλατος, *gravi calamitate oppressus*, nusquam alibi occurrit; sed analogiam sequitur adjectivorum μεγάλοιτος, μεγαλόψυχος, et similium.

795. *Ferentem* eam rerum conditionem, *ut omnia improspere cedant.* Durius dictum; periphrastice, ut recte Butlerus, pro φέροντα πᾶσαν δυσπραξίαν.

802. Omnino retinendum γᾶν, ut sit οἰκεῖν κατὰ γᾶν, *in terra.* Respondet iis quæ dixerat Minerva 772. 797. Neque enim μύσος habebant *sub* terra habitare, (confer 977.) sed si in terra habitarent post dedecus ex Orestis victoria illatum. Omnino autem dele punctum post οἰκεῖν, et verte, *Me inhonoratam in terra vivere.* Quod ad ἀτίετον de Furiis dictum confer v. 363. ubi nescio an librorum lectio ἀτίεται satis ex hoc loco defenditur, metro non refragante.

880. ῥυσίβωμον arcte jungendum cum ἄγαλμα, ita ut ab hoc pendeat δαιμόνων, ab illo Ἑλλάνων. *Deliciæ deorum, altaria Græcorum tuentes.*

885. In ἐξαμβρᾶσαι confer Herodot. VII. 188. 190. ἐξεβράσσοντο, ἐκβρασσόμενα.

892. Calamitatis severitas eo indicatur, quod inopinanti supervenit, ita ut effugere nullo modo possit; quæ ipsa res in sequentibus adumbratur. Res eadem depingitur supra 355. πίπτων δ' οὐκ οἶδεν τόδ' ὑπ' ἄφρονι λύμᾳ. Et confer Esai. XLVII. 11. De βαρέων pro βαρειῶν vide ad 918. Parœmiacum 893. efficere possis supplendo προσέπαισαν, aut simile quid.

982. Vulgata lectio, φοινικοβάπτοις ἐνδυτοῖς ἐσθήμασι, saltem inelegans est. Turnebiana φοινικόβαπτος forsan minus dura, enallagen habens insolitam quidem, sed quæ poëtæ facile concedi possit.

988. Hermanni correctionem χωρῖται adeo multa sunt quæ commendent, ut pudeat me non in textum eam admisisse. Imprimis, εὐφαμεῖτε manifesto ad cives refertur, ut 991. non ad Eumenidas. Deinde, non est dubitandum carmen hoc finale esse antistrophicum, utraque antistropha similem habente cum stropha terminationem: quare ad h. v. plenius distinguendum. Denique ε et αι, ι et ει confusis nihil fere magis obvium. De ε et αι similiter pronunciatis vide Bentl. ad Mill. pp. 31, 65.

Prior antistropha cum manifesto corrupta sit, varie corrigunt: id tantum videre videor, pro τύχᾳ τε legendum esse τύχοιτε.

FRAGMENTA.

E Fragmentis unum alterumve tantummodo in hoc opusculo attingere libet, posthac forsan, modo vita supersit, totam seriem paullo diligentius retractaturus.

ΓΛΑΥΚΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ.

Adde,

6. ἀνθρωποειδὲς θηρίον ὕδατι συζῶν.

Phrynichus Bekkeri, p. 5, 21.

7. ὁ τὴν ἀείζων ἄφθιτον πόαν φαγών.

Grammaticus Bekkeri, 347, 22.

ἩΛΙΑΔΕΣ.

4. Ἀδριαναί τε γυναῖκες τρόπον ἕξουσι γόων.

Grammaticus Bekkeri, 346, 9.

Bekker. Αἰσχύλος Ἰλιάσιν.

ΚΑΒΕΙΡΟΙ.

3. ὑδρηροὺς πίθους καὶ οἰνηρούς.

Antiatticista Bekkeri, 115, 3.

Vide Fragm. Inc. 60.

ΚΗΡΥΚΕΣ.

5. κακοποιεῖν. Antiatticista Bekkeri, 102, 14.

6. νόσσον (χωρὶς τοῦ ε̄.) Ibid. 109, 22.

ΝΙΟΒΗ.

1. —————— οἱ θεῶν ἀγχίσποροι,
οἱ Ζηνὸς ἐγγὺς, ὧν κατ' Ἰδαῖον πάγον
Διὸς πατρῴου βωμός ἐστ' ἐν αἰθέρι,
κοὔ πώ σφιν ἐξίτηλον αἷμα δαιμόνων.

Plato Rep. III. § 5.

Auctoris quidem nomen non citat Plato: sed apud Strabon. XII. 8. exstat, et ad Æschyli Nioben refertur. οἷς ἐν Ἰδαίῳ πάγῳ Διὸς πατρῴου βωμός ἐστι.

Obiter moneo, in hujus fabulæ fragmentis 4. 5. et Porsoni conjecturam οὑμὸς δὲ πότμος, et Dobræi ἐπισπένδων ἄνοις, amplectendas esse; sed hoc non est hujusce temporis.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ ΛΥΟΜΕΝΟΣ.

14. χέρσα. Antiatticista Bekkeri, 116, 7. τὰ μὴ γεωργούμενα.

ΤΟΞΟΤΙΔΕΣ.

3. οὔ πώ τις Ἀκταιῶν᾽ ἄθηρος ἡμέρα
κενὸν, πόνου πλουτοῦντ᾽, ἔπεμψεν ἐς δόμους.
Grammaticus Bekkeri, 351, 9.

FRAGMENTA INCERTA.

5. Alii autem hoc fragmentum Archilocho assignant. Vide Gaisf. ad Hephæst. p. 364. ubi versus secundus ita exhibetur: σὺ δ᾽ ἔργ᾽ ἐπ᾽ ἀνθρώπων ὁρᾷς. Et hoc forsan verius: quænam enim illa sunt ἐπουρανίων ἔργα λεωργά?—In ἐπ᾽ ἀνθρώπων confer Soph. Antig. 789. et de λεωργὰ vide ad Prom. 5.

10. Vide Dobræum ad Menandr. Advss. T. II. p. 286.

15. Imo Alexidis videtur esse fragmentum.

107. παρίστασθ᾽. Quanto melius Dobræus ad Hecub. 914. περίστατ᾽.

165. ἀφρὸς βρότειος ἐῤῥύη κατὰ στόμα.
Schol. Aristoph. Lysistr. 1256.

Ita correxit Porsonus. Bekkerus e Rav. βροτείας ἐῤῥυηκότα στόμα.

Adjicienda sunt sequentia e Bekkeri Anecdotis:

166. ἄτεγκτος παρηγορήμασιν. Phrynichus, 6, 13.

167. ἀπαίρειν (ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας.) Ibid. 6, 16.

168. ἀναγκόδακρυς. Ibid. 20, 13.

169. μὴ κακοῖς ἰῶ κακά. Ibid. 48, 22.

170. φρὴν ἀγέλαστος. Grammaticus, 337, 8.

171. καί γεύομαί πως τῆς ἀειζώου πόας. Ibid. 347, 29.

172. ἄειλα. Ibid. 347, 32.

173. θρηνεῖ δὲ γόον τὸν ἀηδόνιον. Ibid. 349, 7. Ita recte Dindorf. pro ἀηδόνειον.

174. αἰῶ (pro αἰῶνα.) Ibid. 363, 17.

175. ἀκνίσωτος οἶκος. Ibid. 36, 8, 30.

176. ἄκουε τὰς ἐμὰς ἐπιστολάς. Ibid. 372, 8.

177. μέγαν ἀλάστορον. Ibid. 382, 30.

178. ἀλκάθω καὶ ἀλκάθειν. Ibid. 383, 31.

179. ἀπέλλητοι. Ibid. 421, 5. ἀνταγωνισταί.

180. ἀρχῆθεν. Ibid. 450, 4.

181. ἆσαι. Ibid. 450, 30. βλάψαι.

182. αὐτόκρανον λόγον. Ibid. 467, 9.

183. βοῦ (pro βοός.) Chœroboscus, 1196, 1.

184. κραταίπιλος. Ibid. 1391. ὁ ἰσχυρὸν πίλιον ἔχων.

185. Πάλαμυς, υδος. Ibid. 1408.

---

186. βριθὺς ὁπλιτοπάλας, δάϊος ἀντιπάλοις.

Plutarch. Moral. p. 334. D. Vit. p. 887. B.

187. Τυῤῥηνὸν γενεὰν, φαρμακοποιὸν ἔθνος.

Theophr. Hist. Pl. IX. 15.

Eodem Editore, iisdem Bibliopolis.

---

1. ÆSCHYLUS. *Editio Secunda.* Pret. 12*s*.
2. EURIPIDES PORSONI. *Editio Secunda.* 14*s*.
3. DOBRÆI ADVERSARIA.

   Tom. I. Complectens Prælectionem in Lysiam, Notas in Historicos, Philosophos, Oratores, Sophistas, et Novum Testamentum, Miscellanea, et Philologica. 13*s*. 6*d*.

   Tom. II. Notas in Poetas Græcos et Scriptores Latinos. 10*s*.
4. Roberti LEIGHTON, Archiepiscopi Glasguensis, PRÆLECTIONES THEOLOGICÆ, PARÆNESES, et MEDITATIONES in PSALMOS. 9*s*.

---

5. HINTS for an Improved Translation of the NEW TESTAMENT. By Professor SCHOLEFIELD. 3*s*.
6. JUSTIFICATION by FAITH: Two Sermons preached before the University; viz.
   1. THE LAW established by FAITH: *Second Edition;* with an Appendix on St. Paul's use of the word Νόμος.
   2. St. PAUL and St. JAMES Reconciled: *Third Edition;* with additional Prefatory Remarks in reply to the Bishop of Salisbury on Ἐὰν μή. 2*s*.